



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XII. Die Markgrafen Otto und Albert überlassen dem Kloster Arendsee eine Hebung aus Neulingen, am 5. Juli 1271.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

sunt, humane vero generis condicio in futurum decurrit, et nichil est, quod in ipsa perpetuo stare possit. Voce igitur testium indiget et testimonio litterarum. Nam fidele testimonium habet scriptura, que hominibus intereuntibus ea, que sibi commendantur, non finit aliquatenus interire. Hinc igitur est, quod nos Otto et Albertus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, Notum facimus Vniuersis tam presentibus quam futuris et tenore presencium protestamur, quod nos ecclesie sancte Marie in Arneffe, vt ibidem domino seruientes sanctimonialia eo vberius perpetuo sustententur, vtque ibi progenitorum nostrorum in diuinis obsequiis memoria indeficiens habeatur, villam Clödene cum aduocacia et omni Juris potestate, proprietate ac feodo donamus propriam et perpetuo possidendam, Ita quod nec per nos nec per nostros succedentes nobis heredes peticio exactoria de hiis bonis, que scilicet peticio Bede wlgari teutonico nominatur, in perpetuum requiratur. Insuper vniuersa priuilegia, que nostri progenitores ecclesie supradicte super quibuscunque articulis tradiderunt, scripto, testibus ac Sigillis presentibus confirmamus. Huius rei Testes sunt Dominus Luchardus de meinersem vir nobilis, Et ceteri nostri milites et vassalli henricus de Wodenwege, Arnoldus de Jaghowe, Gheuehardus de aluenfleue, Wernerus de Sculenborch, Conradus de Stendale Marscalcus, reynoldus de karstede. Vt autem hec omnia supradicta per nos ac per nostros heredes in perpetuum inuiolabiliter obseruentur, Presentem paginam inde conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Datum zoltwedel, anno domini M^o. CC^o. LXXI^o., Nonas Julii quarto.

XII. Die Markgrafen Otto und Albert überlassen dem Kloster Arenbsee eine Hebung aus Neulingen, am 5. Juli 1271.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Humane actiones a memoria hominum laborerentur, si non litterarum testimonio firmarentur, fidele et enim testimonium habet scriptura, que intereuntibus hominibus ea, que sibi commendantur, non finit aliquatenus interire. Hinc igitur est, quod nos Otto et Albertus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, Notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris tenore presencium protestantes, quod nos ecclesie sancte marie virginis in Arneffe Ad maiorem sustentacionem et protectionem sanctimonialium in eodem loco deo et sue piissime genitrici seruiencium Tres Choros Siliginis in villa Neylinghe donamus proprios et perpetuo possidendos, qui tres Chori dabuntur siue dari debent annis singulis de Campo slaicali, qui Stigreuelde in volgari teutonico nuncupatur. Huius donacionis Testes sunt nostri milites et fideles Henricus de Wodensuege, Rodolfus de ymbeke, Johannes frater suus, Conradus de Stendal Marscalcus, Johannes de Huelberghe, Reynoldus de karstede, Johannes de Cumelose. Vt autem omnia supradicta per nos et per Succedentes nobis heredes nostros imperpetuum inuiolabiliter obseruentur, ne quoque vlli super predictis dubium futuris temporibus oriatur, presentem paginam inde conscribi fecimus et Sigillorum nostrorum munimine Roborari. Actum et datum Arneffe, Anno domini M^o. CC^o. LXXI^o., tercio nonas Julii.